carnes laudabiles decocte cum rebus frigidis et hu
midis . Et maxime si spasmus talis sit post febres
longas . Et inungende sunt iuncture cum oleo viola
to et pauco cere : nonnulli autem intromittunt infan
tes in balneo decoctionis pedum capitis arietini aut

Castratorum aut hedorum faciunt decoctionem istarum
carnium usque ad relaxationem ipsarum. Et intro
mittant infantem in tali balneo. Deinde faciunt
unctionem infanti ex oleis iam dictis. Hoc tamen
experientia scio quia vidi quamplures infantes tetanatos
ut non possent flecti ad partem domesticam neque sil
vestrem idest anteriorem et posteriorem qui cum sola
unctione facta spondilibus colli ex oleo liliorum albo[rum]
aut ysopo humida relevati sunt. Et curati fa
vente domino a tali contractione. De rebus au[tem]
maxime expertis maxime stante spasmo humido
est tiriaca magna seu andromachi.

Capitulum quintum de instancia vigiliarum

Accidunt etiam pueris instancie vigiliarum propter
quas accidunt pueris insompnietates et clamo
res perturbantes parentes nutrices et omnes do
mesticos. Cui accidenti et si varia nominentur
ab auctoribus semper a lenioribus inchoandum est.
Cum omnia provocantia sompnum narcotica sint et quo
dam modo stupefacientia. A lenioribus autem incho
ando est facere inunctionem fronti et naribus ex oleo
violato. Secundo ex oleo violato et anetino per-
mixto cum lacte mulieris lactantis ipsum infantem
et modico cere. Tercio addendo unctioni supradicte
parum opii aut succi iusquiami aut succi man
dragore. Quarto facere unctionem ex unguento
populeon. Scilicet tamen unctione et in pueris parte
et humiditate secundum sententiam auctorum nostrorum debet
magis procedi quam extrinsecus applicata. Sic contingit
aliquando et intrinsecus aliquid administrare. Ut

Infantis cibum assumat Accipiat Panatellam cum
emulsione seminis papaveris albi · quis etiam
rasis papaveris nigrum : vel eius emulsionem
quod minime laudo : Vulgares autem usque admini
strant infantibus parum Requiey descripti
one Nicolai : que etsi sit laudata a Nicolao
non tamen nisi vergente magna necessitate administran
da est

Ca· v· de Egritudinibus oculorum Infantium

Accidunt infantibus egritudines oculorum
varie & diverse videlicet obtalmia tu
mefactio oculorum : & strabositas : Que
due egritudines : videlicet obtalmia & tumefac
tio oculorum : maxime accidunt : aut propter
frigiditatem : aut propter corruptionem lactis Stra
bositas autem aut contrahitur a principio na
tivitatis aut propter malum Regimen situ
ationis infantis : in aspectu luminis : aut mo
vendi : Si igitur accidat tumefactio oculorum
et sit rubor in facie et in fronte color rubeus
tunc confert hoc medicamen ℞ succi men
te foliorum rosarum ana ʒ i croci minere ana
ʒ i · s · pulverizentur et confricantur cum la
cte mulieris : et supponatur oculis extrinse
cus : et fronti quottidie renovando : quousque ap
periantur oculi : Si autem in oculis non fuerit
rubedo nec calor in facie aut in fronte magnum
℞ mirram crocum aloem et folia rosarum et confi
ce cum bono vino et super oculos pone : Exceptis
ad hoc maxime est mittere infantibus in na
res parum ambre · dissipatum cum lacte mu
lieris : Si autem accidat infantibus pruritus a
scabies · tunc sola emulsione lactis mulieris

Aut matris est summa cura. Si aut paciant[2] Strabositatem : seu oculorum tortuositatem ma xime situandi sunt super latera opposita verbi gratia Exempli. Si oculi sunt elevati & contorti versus angulum seu lachrimale sinistrum situandi sunt ut iaceant super latus dextrum : et lumen situan dum est similiter in latere dextro : ut ex intuitu luminis existentis in dextro latere dirigantur oculi. Opposito aut modo si oculi sunt contorti versus lachrimale dextrum . vel visus partem dextram tunc opposito modo est situandus puer . et lumen etiam situandum . Si aut oculi sunt Strabi opposito modo . quia unus ad dextram alter ad sinistram : tunc situandus est infans corpore resupino . Et accipe speculum tali beatum spe cie figure : aut picturas pulcherrimas aut aliquod delectabile : ut infans ex vehementi intuitu delectatione maxime intueatur figu ras aut species representatas in speculo vnde oculi dirigantur ex rectitudine intuitus : et sic propter ex continua consideracionem factam firmatur[2] oculi in dispositione seu situ suo naturali

C vi de egritudinibus aurium ab intra

Hec eveniunt et pueris ab intra aures pustule nonnulle emittentes saniem & aquositate et etiam pruritus maximus quo maxime infestantur pueri infestaturque nutrix & mater propter clamores maximos ex dolore aut cor rosione facta : Et si multa dicatur ab aucto ribus pauca experta enarrabimus Primum est accipe cottum antiquum et non nimis recen natum et impone in aures in modum tente

Et mundificatur sanies ab ulcere egredientem
Et iterato immittere tentam aliam mundam
Secundum est intromittere tentam inunctam
oleo roß aut aqua mellis : Et si contingat libe
rari infantem fiat et replicetur tenta usque ad
sanationem completam : Quod si sanies aut aqua
adhuc emanauerit : tunc tenta supradicta roti
inuncta : aqua mellis & puluere yreos : aut
mirre aut aloes intromittatur usque ad sana:
tionem completam : Aliud ad idem simpliciter valet
accipe alumen & dissolue in vino et intinge
licinium et intromitte aut accipe crocum &
mirram & tere cum aqua & aceto et intro-
mitte Quod si contingit ex istis non liberari
infantem : tunc scias fistulam esse factam intri
secus : Et infantem non liberari nisi ex per
mutatione etatum

C. viii De apostematibus aurium ab extra

Accidunt et pueris pustule post aures
diuersorum colorum : videlicet albe citrine
nigre et rubee Nigre aut mortales quoda
modo sunt quibus tamen remedia tribuenda
sunt eis ut dicetur Citrine aut sunt timoris
maioris : Albe vero salubres : et rubee similiter
que tamen pustule mullatenus possunt curari in
infante ~~nisi~~ nichil sumente per viam ~~h~~ oris : Sed
magis Regimen adhibendum est matri aut nu
trici Testatur hoc Rasis in tractatulo suo de
Egritudinibus puerorum Testatur Isaac de eg:
ritudinibus puerorum Et princeps Auicenna prim
de Regimine infantium : Remedia harum adhibeda

Extrinsecus scatentibus pustulis citrinis mater
vel nutrix nutriatur cibis frigidis: sicut sunt endivia
scariola · lactuca secundum Simonem Januensem
cucurbita. Scatentibus autem pustulis albi coloris
tunc nutriatur magis feniculo origano calamento
et decoctione istorum olerum cum carne castrati aut
vituli aut pullorum. Scatentibus autem pustulis ni-
gris que secundum Simonem auctorem sunt mor-
tifere ut testantur auctores prescripti. Et ma-
gis adhibendum esset regimen mulieri quam infan-
tem nutriendam seu alendam est nutrix cibis factis
cum decoctione buglosse lupulorum cum carnibus
suprascriptis: medicandaque est medicinis terri-
genibus choleram nigram adustionibus sanguinis
sicut syrupis digerentibus Melancolia sicut sy-
rupus: de epithimo: de fumoterre de acetositate
citri cum aquis convenientibus sicut aqua buglosse
lupulorum: capillorum veneris. Deinde evacuanda
est cum medicinis appropriatis: sicut est electuarium
de epithimo dyasene solutivum et non solutivum pille
de fumoterre pille inde et confectiones secundum simonem
Rasis in tractatu scripto competentes sive mage
quadam. Tamen abhorribiles sunt hodiernis tem-
poribus non usitate ideo illas relinquam. Quod si
contingat pustulas illas eminentiam facere magnam
sicut contingit aliquando apparere maxime post aures circa
aut parum infra aures: tunc fiat unctio cum
oleo liliorum alborum quod irinum appellatur aut
cum oleo camomillino: aut adipe galline aut
anatis recentis: aut parum butiri aut cum un-
ctione que appellatur anodina a confortativa

Quod si contingat ab hoc caput non dissolui: aut remoueri cum Emplastro facto ex decoctione radicum maluauisci cum axungia porcina non salita maturetur apostema et aperiatur: aut flebotomo aut ruptorio deinde Cirurgicus se exerceat in conso lidando & mundificando

Octauum de Pustulis siue alcola oris

Accidunt et pueris ad intra oris pustule et alcola in lingua & palato diuersorum colo rum: quia quedam sunt citrine quedam albe alie rubee: alie citrine et alie nigre: Quarum quedam sunt salubres. sicut omnes exceptis nigris: que ali qualiter pertinent naturam cancri: Ideo curam nigrarum Relinquemus: quia hoc pertinet magis ad cirurgicum quam ad phisicum: Si autem sunt citri ne aut Rubee cum calefactione percepta tangendo cum digitto intromisso in ore: tunc nutrix nutri enda est et alenda oleribus frigidis sicut Endi uia scariola: cucurbita portulaca lactuca et similia ut lac eius sit causa extinctionis acuitatis & cole et sanguinis: Si autem pustule albe fuerint magis nutrienda est ex cibis habentibus vim alterare sanguinem & lac: sicut decoctione calamenti feni culi boraginis & similium: habentibus vim ali qualiter remouere maliciam sanguinis & lactis Palatus autem pueri stantibus pustulis citrinis seu rubeis vngendus est cum aqua decoctionis balaustiarum corticum quatorum cupularum glan dium: aut cum succo portulace: aut plantaginis aut scariole: aut semper viue: aut succo solatri &c de rebus maxime expertis ut testatur Rasis

Testatur qz Avicenna et Ysaac in locis propriis est dyamoron et sucus mori : et Rob inuenit Et hoc expertus sum non solum in aftola aut pustu lis sed in corrosione gingiuarum infancium & corrosione lingue

C ix de dolore Gingiuarum infancium

Accidunt pueris tpe emissionis dencium dolores gingiuarum magni & intensi & quanto dolores maiores fuerint tanto dentes firmiores erunt : Si aut accidit tempus emissionis dencium in vere velocit oriuntur ppt caliditatem superuenientem aeris. Si aute in estate tardius oriuntur propt frigiditatem autumni superuenientis : In hyeme autem adhuc tardius ppt frigiditatem precedentis tpis In autumno autem si accidat tempus emissionis denciu deterius erit quam in aliquo pcedencium : qui magis vite inimicatur cum frigidus sit & siccus Succurrendum est autem apparentibus tumefactionibus gingiuarum cum fricacione ipsarum cum manibus propriis et emittunt multitudine bauositatis Et cum lactant stringunt mamillas et cum in tromittitur digitus in ore stringunt forti strictura Succurrendum est igitur eis Et accipe candelam ceream virgineam noviter factam et pbe infanti ut masticet eam : quia propt teneritate ipsius et vnctuositatem cere causatur aliqua dilatacio gingiuarum Secundo fac vnctionem gingiuarum ex oleo de seminibus lini . aut mucilaginibus car aut mucilaginis seminis altee : aut stante multa caliditate gingiuarum mucilagine seminis citoniorum

A propter hoc autem laudantur ab auctoribus mixtis pinguedo anatis recens: butirum non salitum recens laudatur ultima laudatione cerebrum leporis & lac canis lactantis. Ultimatum autem remedium est scalpere gingivas seu tamen scalpellatione. Non nulli autem auctores precipiunt ut toto tempore quo manifestatur dolor gingivarum fiat decoctio camomille & aneti et fiat lotio capitibus ipsorum. Et si dolor augmentatus fuerit accipiat butirum vacce vel medulla cervis eius: et ponet super gingivas: et cum apparuerint capita dentium ponatur super caput pueri et tollum lana munda et sit permittatur. Quod est circa scitrius et plata

Capitulum x de scissuris labiorum

Accidunt et pueris scissure labiorum: que causantur in eis: aut propter acuitatem lactis: aut propter duriciem mamillarum aut propter corruptionem lactis: Quod si causetur propter acuitatem lactis tunc regenda est mater aut nutrix cum cibis frigidis nominatis supe rius. Quod si propter corruptionem lactis rectificandum est lac ut dictum est: Quod si propter duriciem mamillarum mollificande sunt extremitates mamillarum mulierum: Labia igitur infantium liniantur ex aqua rosarum permixta cum pinguedine galline: aut accipe lanam bene carminatam et pone in succo plantaginis seu lanceole: cum aliquanto butiri aut assungie galline: et labiis unctionem facere. De rebus autem maxime expertis est accipe aquam rosarum: et farina mundi et unctionem facere seu labia ungere. De rebus etiam maxime experte ad scissuram non solum labiorum sed extremitatum

Mamillarum & manuu & pedum : & scissuras
virge cui et matricis R cere citrine adipis a
natis ysopi humide olei ros ana ptem j draga
ganti amidi mucilaginis seminis citoniorum ana pte
ß gallarum cineris pilorum caude equi sulphuris
usti plumbi usti : ana ptem j terantur terende
& misceantur : et fiat unguentum quo pus loci
inungatur Deinde ex hoc pulvere superaspergat
R masticis gallarum cineris pilorum caude equi :
plumbi usti corticum granatorum ceruse plumbi
dragaganti corticum thuris ana ptes equales
Infundantur oia pdiem & noctem in vino poti
co postea exsiccetur sup lamina ferrea aut sup
terrea : et postea teratur & fiat pulvis subtilis
simus : Ad idem valet R Litargiri mirre draga
ganti ana pulverizentur subtiliter : et cum cera
lignea et parum olei et melli et fiat ungetum
Sed prius madefiant labia infantis : saliua ptria
Deinde pecia inuncta unguento pdicto : labijs
infantis apponatur : In mane aut cum aqua tepida
labia infantis lavantur Ungetum ad idem R
ceruse ʒ i cere ʒ iij litargiri cadmie argentina
sris ana ℈ i ß olei ros qntum sufficit : et fiat
unguentum Aliud ad idem R ciperi aluminis
galle mirre arsenici plumbi usti cum aq cum
modico oleo ros : fiat ungetum hoc aut maxime
valet et confert quotienscumque apparet in toto scis
suraru laborum

C xi de Apostematibus Gutturis Infantium

Accidunt et pueris apata circa ptes gutturis

Que sunt apa duarum amigdalarum et apud vulga
res nostros apellantur gaiones: que apa causant[2]
in eis aut propter frigiditatem aeris temporis medii
sbam cerebri: aut propter nimiam caliditatem
calefacientem: aut propter nimiam plenitudinem
infancium: ex superflua lactacione aut comestione
Cura autem ipsorum maxime est habenda cum
diligencia ex quo non sciunt fari: ut nutrix aut
mater: aut aliquis discernat utrum febre pacie
antur aut non: aut paciatur difficultate deglu
tiendi: et cum incipit dormire videatur quasi suf
focare; Et tunc debet intromittere digitum in gutture
infantis: et levi tactu querere a lateribus circa partes
gutturis utrum percipiat ubi apostema adesse aut
non Quod si apa ruptum fuerit: debet cum digito
medio elevare apa Accipiendo apa in extremitate
inferiorum gutturis sublevando ipsum leviter sub
levacione primus ex una parte Deinde ex alia deinde
unge guttur infantis cum dyamoron aut Rob
morum: aut cum syrupo de mirto Extrinsecus
autem fienda est unctio ex oleo liliorum albo(rum)
cum pinguedine galline aut anatis recentis ap
ponendo extrinsecus gutturi pueri lanam succida
aut linum vel stuppam terminatam Aut accipe
linum aut stuppam: et infunde in urina pueri
Et extrinsecus gule appone De rebus aut magis
expertus est accipe cassiam fistulam novam ex karta
ex canna et pistare ipsam seu tondere ultima co
tusione Deinde postea gutturi appone in formam
emplastri Secundum sententiam aut Alexue(?) de cu
ra squinantie: attrahende sunt aures sursum aut
pili attrahendi sunt in vertice capitis: Sed hec ma
gis conveniunt pueris fari scientibus: quia nimium

Terrentur infantes aut ex tractione capillorum aut aurium

Ca. xii de tussi & Reumatismo Infancium

Accidunt infantibus tussis et Reumatismus aliqui ex frigiditate lingue ut vix possint clamare epiglotum Aliqui etiam ex frigiditate pectoris aliqui vero propter materiam descendentem a capite Si accidat ex frigiditate lingue tussis tunc comprehendimus quia vix possunt deglutire nec emittunt bauositates : et tunc curandi sunt cum administracione amigdalarum dulcium per pistatarum permixtarum cum zaricis pinguibus et aqua feniculi et administretur mane & sero : Et hec si deglutire possunt : Si autem non possunt tunc sola unctione facta cum digito aut penna ipsi gutturi cum lacte amigdalarum dulcium fieri debet Quod si cum tussi fuerit asperitas tunc cum mucilagine seminum citoniorum & penidiis et oleo amigdalarum dulcium Et hoc non stante febre Quod si febris affuerit succum mali granati dulcis misceas cum penidiis et decoctione cum succo liquiricie Si autem tussis ex descensu Catarri causata fuerit cognoscimus ex eo quia infantes emittunt bauositates cum multitudine flegmatis circa os Tunc competunt medicamina ista videlicet : Recipe seminis papaveris albi dragaganti ana ʒ ß seminis citoniorum ʒ i Et confice cum aqua in qua cocti sunt sebesten et administra Aliud valens ad tussim puerorum Recipe passulas enucleatas : et fac bulire in vase ferreo ne indurentur Et postea remoue ab igne et pista : et misce cum eis tantundem de penidiis et da puero mane & sero ad modum nucis Adiuuans ad Tussim frigidam Recipe mirra et misce

Cum melle & oleo amigdalarum Et propina seu ad
ministra : non stante plenitudine pectoris pueri
Stante autem plenitudine pectoris pueri Accipe
dragaganti galbani mitte in vitello ovi Et si in
hoc multa laudata sint ab auctoribus sicut ea que
dicta sunt : de rebus maxime convenientibus istis
temporibus sunt Si infans adhuc parve est etatis
quia duorum aut trium mensium : vel usque ad an
nos tres : et incurrerit tussis per viam reumatismi
Est facere unctionem pectori a lenioribus inchoa
ando Accipe butirum non salitum : et caules tor
refactos super cineres : et unge caules cum dicto butiro
Et applicare unum folium caulis pectori Aliud autem
folium dorso correspondente ex opposito pectoris Aut
facere unctionem ex oleo sisamino : aut amigdalarum
dulcium pinguedine galline butiri recentis oleo
violarum addendo parum croci cum cera aut fa
cere unctionem ex sola ysopo humida Aut facere
unctionem ex mucilagine seminis lini aut altee
Stante autem febre ex unctione facta ex oleo vio
larum et amigdalarum dulcium et modico cere Et
si tussis per viam reumatismi causata in remone
atur : tunc congruere capitis revocati parum pul
veris rosarum : et sandaracae : quia duo aut tria
grana in ponde imponantur in mane et sero
Ad hoc etiam maxime confert accipe pillulam
unam storacinam si infantes capere posset quanti
tatem unius grani milii aut orobi aut lenticule
Confert etiam medicamine hoc videlicet multo tempore
lactucionis R(ecipe) gummi arabici seminis citoniorum
liquiritie per medietatem misceantur cum lacte et admi
nistrentur infanti Et si contingat pueros esse
adultos quia etatis trium annorum usque ad septem annos

Et tussim patiantur catarralem et strictura pectoris tunc competit syrupus de liquiritia non stante febre cum modico syrupo de prassio cum aqua farfare capillorum veneris. Stante autem febre cum syrupo violarum et unctiones prescripte pectori applicande sunt et alia ut s. Et competunt pillule evacuantes ut sunt pocte de sera cum agarico aut de sera simplici usque ad v. numero. Et contingit aliquando propter maximam stricturam narium tussim pati: quia materia que erat nata descendere per nares magis fluit ad gutture et trachealem arteriam. Competit unctio facta ex butiro solo in radice naris superiori inter duos oculos. Et naribus impone cum penna aut cocto oleum amygdalarum dulcium aut sisamini. Et si pueri possent attrahere per nares aquam decoctionis ordei cum zuccaro candi: aut aquam decoctionis ordei cum modico aque maiorane et parum succi blitis esset medicamen conveniens. Ducentes manum a partibus posterioribus ad partes anteriores. Competuntque fricationes spatularum suaves et leves facte circa spatulas: que tamen non debent fieri nisi ordinata precessa purgatione aliquali aut per viam oris aut clisteri lenis seu gummi: aut suppositorii facti ex melle.

Ca. xiii De vomitu infantium

Infestantur autem infantes vomitu: aut propter multitudinem lactis quod digerere non possunt: aut propter aquositatem eius aut propter corruptionem eius: et maxime stante debilitate stomachi infantibus: aut pueri propter vermes aut propter fetorem aeris extrinsecum aut frigiditatem: aut caliditatem intrinsecam. Summa autem

Circa adhibenda est : in cognicion cause vomitus
infantis : quam ex ipsius relacion hec minime pos
sumus : Sed inquirer a matre vel nutrice utrum
assumat magnam quantitatem lactis : Et sugendo ube
ra incurrat singultum : aut lac dicatur esse multum
aquosum : aut grossum viscosum Quod cognoscimus
per signa superius posita de disposicion lactis nutricis
Corrupcionem autem eius comprehendimus : ex fe
tore eius quod emittitur per vomitum : Acetositatem
autem cognoscimus ex odore lactis emissi per vomi
tum tendentis ad aliqualem acetositatem : Frigiditatem
autem cognoscimus nutricis aut infantis : quia egeriones que
emittunt in pannis lineis si sint tendentes in colore
ad viriditatem aut ad aliqualem liuiditatem indicamus
hoc esse propter frigiditatem nutricis aut matris . aut
infantis : Si autem color egestionum est tendens ad citri
nitatem aut ad rubedinem cum teslureria indicamus
hoc magis esse aut propter caliditatem lactis nutricis
aut matris aut propter inflamacionem infantis Et si
sentitur odor acetosus et appareat humor albus
adhuc commixtus cum lacte secundum sentenciam Auic
qui sine dubitacione loquitur tria grana cardi in pondere
gariofilorum administrare infanti per viam oris tunc
Secundum autem modum communem procurandum est facere
infantibus teneris etatis : stante statu febre : vntiones
stomacho cum oleo de spica et oleo citoniorum et probatum est : et maxime expertus sum Non solum in
fantibus teneris etatis : ut duorum mensium vel trium
Sed usque ad septem annos et ultra : Et valet etiam
contra vomitum vermium quod est Recipe olei de
absintio de menta : olei mastirini citoniorum ana ℥ ij

Sperum absinthii mente ros an ℨ ſ aloes ℥ ii
aceti parum cere quantum sufficit fiat unguentum mol
le : Imo & infantes patientes prostracionem appe
titus facta unctione mane et sero ante lactacionem
ut tenam maximo cum appetitu lac sugunt . et ci
bum sumunt si ipsum comedunt : Expertus etiam sum
si deglutire possunt infantes ut colligitur ex senten
tia Avicenne xiii tertii de cura vomitus Et sextadecima
tertii de cura colerice passionis administrare parum syr
upi de menta cum vino granatorum Et est mirabile non
solum in pueris et infantibus Sed etiam in corpo
ribus adultis Salvo tamen quod nullatenus vomitus
cohibendus seu constringendus est : nisi perducat ad
aliqualem debilitatem seu lassitudinem : quia sepissime
vomitus curat vomitum Testatur Avicenna sextadecima
tertii de cura colerice passionis : Competunt etiam hec
remedia secundum sententiam : Rasis stante causa frigida
Recipe olibani septimam partem ℨ i ; cuttere sive triam partem
ℨ pulveriza & misce cum ~~succo~~ syrupo ros et da puero quod
accipiat inter parum cimini et parum sumach &
ponat in ore pueri . Aut quod sepe expertum est secundum
sententiam Rasis Recipe lignaloes mastic an ℨ ſ
galange septimam partem ℨ mole totum & fac pul
verem et confice cum syrupo ros et da puero antequam su
mit lac Deinde pone super stomachum pueri hoc
emplastrum Recipe masticis aloes acacie galle olibani
panis usti confice cum oleo ros et pone super stomachum
est enim expertum ad vomitum et salivam puerorum
Si autem in vomitu fuerit odor acutus Et res que
evomuntur declinant ad aliqualem acuitatem & citrini
tatem tunc cura sit : ut administres infanti Rob

Agreste: aut succum vel uvam citoniorum: aut syr
rupum de berberis aut de ribes aut syr ros Si aut
infantes adulti sunt competunt et trocisci isti Rx
ros spodij ana ʒ iiij gallarum ʒ ij ß karabe seminis
portulace · seminis lapatij acuti ana ʒ i confice cum
aqua ros vel cum aq malagranati ad pondus ʒ j pul
verizetur trociscus unus et cum syr° ros aut mi
va citoniorum aut de ribes infanti detur syr totum
aut secundum Item Deinde administretur emplastrum sup
stomachum quod est maxime confert vomitui · et fluxui
ventris puerorum: quod tale est Rx farine ordei ru
bi viridis mali granati corticis ana confice cum aq
ros aut oleo ros emplastrando et stomacho applica Secun
dum aut sententiam Ysaac Stante vomitu flatico
est Arrox calamentum crocum Aristologia longa
et cum succo mente misce infanti administrare Et est
mirabile Et prohibenda est nutrix a grossis et flegmaticis
cibis et a coitu: et si pregnans esset mutanda est omnino

Capitulum xiiij De fluxu infantium

Infestantur aut infantes fluxu ventris non
solum tempore emissionis dencium sz et post
et ante Varijs de causis videlicet aut propter
corruptionem lactis: aut propter multitudinem eius: aut
propter caliditatem lactis: aut eius frigiditatem et aquo
sitatem Aut propter deffluxionis multitudinis saliue
aut propter lac assumptum a nutrice pregnante: aut
a debilitate stomachi infantis · Quod si causetur fluxus
ventris propter corruptionem lactis: Rectificandum est lac
cum his que dicentur inferius de Rectificatione lactis
Quod si propter multitudinem abstinendus est infans a
lactatione ne tantam quantitatem lactis assumat · quod si

Propter caliditatem lactis: quod comprehenditur ex citrinitate
eorum que emittuntur per viam fluxus aut propter fri
giditatem et humiditatem lactis seu nutricis Rectificandum
dum est lac ut dicetur infra. Si autem propter debilitatem
stomachi infantis competunt Embrocationes et unctiones
supradicte nominate de cura vomitus causati: a causa
calida aut frigida: sed unum premittendum est: quod nullatenus
fluxus ventris cohibendus est: nisi adveni
at timor perductionis ad debilitatem: Cui fluxui ven
tris a levioribus inchoando secundum sententiam Avicenne
debemus Embrocare ventrem: ex decoctione seminis rosarum &
cimino & aniso Et hoc stante fluxu causato a frigi
ditate magis aut ex cimino et rosis in aceto infusis
et decoctis Que si non contulerint Sexta pars drachme unius
sanguinis hirci exhibenda est cum aqua frigida infanti De
expertis autem maxime convenientibus stante causa supra
dicta est accipe drachmas duas reubarbari torrefacti & cum
vino aromatico administrare Rasis autem docet nos ad
ministrare quartam partem drachme unius olibani & admini
strare hoc cum pulvere sto et ventri puerorum sed croci mi
re et tere quantum sufficit et aut cum vino gummose &
pone super ventrem: quod si fluxus causatus sit magis
a causa calida Et infans possit sumere per viam oris detur
syrupus Ro aut mirra citoniorum cum syrupo de menta
Et cum semper permiscetur mirra aut syrupus rosarum De
rebus autem expertis maxime si sint parvuli sunt nu
clei nucum torrefacti: et ante cenam & prandium sumere
Et sorbe & citonia assata aut pistare ea et ventri
apponere si deglutire non possint Emplastrum conveniens
fluxui puerorum. Recipe dactilos inmaturos infundantur
per noctem in vino stiptico postea datur oleum de semine

lini et mirtini & masticini & varientur olea in
dosi secundum intencionem calefaciendi aut infri
gidandi Et ventri administretur emplastrum conferens
fluxui causato a causa calida Rx succi arnoglosse
centinodie ana ʒ j farine tritici ʒ iij aceti parum al
buminis ovorum duorum dissipa & calefac et ventri ap
pone Et si fortius restringere volueris Rx ro
sarum thureis masticis boli armeni sanguinis draconis
absinthii costi amari balaustie psidie coquantur
in aqua et in illa decoctione sedeant pueri et infantes
Et fomentacionem facias pedibus aut tibiis Et si for
cius adhuc restringere volueris Rx duas partes con
solide maioris et alias duas plantaginis et lanceo
late cum succis earum distempera argillam & fac in
modum emplastri malaxando inter manus & suppo
ne umbilico Res autem familiares & domestice que
communi usu apud medicos applicantur sunt sicut
clisteria facta ex decoctione ordei torrefacti cum mel
le rosato non stante excoriacione intestinorum Stante
autem excoriacione intestinorum adde pinum sepi hir
cini : aut castrati : aut trociscos de karabe aut
terra sigillata : aut stelle aut pulveris rosarum
aut pulveris tapsi barbassi usti : Ventri autem
appone emplastrum diafinicon descriptionis Mesue ex
ipsius invencione aut ex invencione Andromachi
aut unguentum de corticibus aut emplastrum de
Rasis descriptione Mesue aut emplastrum de Gallia
descripcione Mesue : Si autem alia recepta videre
vis ad constringendum ventrem lege in secretis
Galieni et reperies emplastrum conferens sputo
sanguinis & vomitui et fluxui ventris Sic et
habes idem a Rasi in secretis propriis

Capitulum xv de Stipticitate Infantis

Molestantur quidem infantes prohibitione exitus fecum : seu stipticitate : aut propter viscositatem lactis : si lactentes sunt ad quia si non sunt lactentes sumunt cibaria multum stipticantia : sicut comestio casei aut citoniorum aut castanearum : aut comestio mirtillorum maxime assatarum : aut sorbe : aut mespile : aut alia similia Si infans sit lactans : et patiatur stipticitatem ventris : ex viscositate lactis nutricis vel matris ut declaratum est supius & conditionibus requisitis in nutrice Et secundum sententiam Avicenne tertia primi C de egritudinibus que infantibus accidunt Tribuendum sit in potu stercus muris ad suppositorium : ex solo melle cocto aut cum menta sicca. aut cum radicibus recos sunt. si viridis sunt combuste aut debemus administrare infanti parum mellis aut terbetine secundum quantitatem cimiis ? Et venter eius sit fricandus subtiliter cum oleo comuni aut super femore ipsius ponendum sit fel vacci num Tamen secundum modum quem declaravi et expertum est in primis mensibus facti suppositoria ex stercore muris magni aut ex melle et stercore muris pulverizato vel alchohol : aut ex melle et sale contrito bulito cum melle aut ex assungia porcina et stercore muris : Et ex assungia porcina & sale comestibili : aut ex lardone salito prius in uncto cum oleo sicut communiter vulgares omnes utuntur aut ex Clisteri molli facto ex brodio pullis facto : aut carnis castrati cum Zuccaro & parum salis non apponendo oleum aliquo modo ne si infans pa

tereretur vermes sunt causa ut vermes petant magis
partes superiores : Competit et clistere factum ex la
cte caprarum aut azinarum aut camelarum quod me
lius est : Sed quia parentes aliqui maxime infestant
et nolunt medicis obedire in inmissione suppositorii
aut clisteris tunc accipiendum est : Medietas cor
ticis nucis magne comestibilis & impleatur ipsam
butiro recenti mixtum felle thaurino Et super um
bilicum apponere : Et ventrem infantis totum bu
tiro inungere Aut pedes infantis tali unctione sunt
ungendi levi tamen unctione : Rx ellebori albi & ni
gri hermodactilorum accori succi semper vive brionie
ana partes equales confitiantur cum axungia porci
in veteri Et quamvis etiam competat unguentum
~~Betonice~~ arthanite tamen est periculosum ideo potius
dimittendum est : Competunt etiam suppositoria
facta ex capitibus porrorum cum sale Sed solemne
unum non dimittendum aliquo modo est accipe pen
das & formare suppositoria Et post aque salite
infundere et infanti supponere : Et si infans nullatenus
posset per superius aut per inferius accipere tunc adhi
benda est medicina nutrici seu matri Deinde post
spatium quinque horarum lactandus est infans Et
si infans adultus sit ut possit aliquid deglutire
quia si duorum annorum aut trium usque ad septem
possumus administrare medicinas lenitivas so
lemnes : sicut yeram simplicem aut yeram pigram
usque ad ʒ i cum lacte mulieris aut cum vino aro
matico : Sed quia iere iste sunt abhominabiles pro
pter amaritudinem possumus administrare parum
infusionis cassie aut manne in vino aromatico

Aut parum infusionis Reubarbari: aut Electuarii nidi aut psilii aut dyatirbith cum Reubarbaro secundum uteritatem & distinctione materiebus peccantium: aut pillulas de aloe abluto: aut de Jera simplici aut de Jerapigra: hoc aut totum sit in discretione operantis quia non possumus nisi secundum distinctionem complexionum infantium operari Sed unum expertum administrandum in forma potabili permitto nullatenus intendo R cinamomi Liquiricie ana partem i spice ana partem i Epithimi partes iiii Reubarbari sene ana partes iiii Zuccari optimi partem mediam omnia administrentur cum lacte mulieris: aut cum vino aromatico: aut cum aliquantulo brodio pingui usque ad ʒ s competit eciam hec confectio R folliculorum sene viridium abiectis seminibus costi ana ʒ i cinamomi ʒ iii croci ʒ i Zuccari ad pondus omnium Dosis est ʒ s infantibus cum aliquanto brodii Magis autem adultis ʒ i ante cibum

Capitulum xvi de Tenasmone Infancium sive continua voluntate egerendi sine effectu

Accidit autem infantibus egritudo multum eos infestans propter quam timent parentes cum videant infantem continue stimulatum ut egerat aliquid per secessum et nichil emittat: que vulgari vocabulo vocatur malum de ponti Tale autem a medicis dicitur Tenasmon Et huius quoddam dicitur verum quoddam non verum Non verum causatur a materia fecali indurata & adherente intestino recto in parte inferiori prope sphincterum vel anum Verum autem causatur propter humorem salsuginosum aut colericum

Descendentem ad ipsum anum: aut frigiditate ae-
ris: aut quia infantes sedent super rem duram sicut
super lapidem vivum. Talis igitur egritudinis
cura si tenasmon incisitatur propter incisitatorum
fecum educantur feces cum clisteribus mollitis
Et ista est cura tenasmonis non veri Sed quod in te
nasmone vero tres habende sunt intenciones prima
ma ad mordicatonem ad quam sequitur vehemens
voluntas egerendi sine tamen emissione aliqua Secunda
intencio est restrictio sanguinis egredientis: et
vlceracionis ablucio: Tercia est intestini cum e-
greditur intus reposicio Dixit igitur Alia bas
circa primam intencionem Quod si proprietur oli
banum cum amcos et os remouet voluntatem egeren-
di Serapio autem dicit Quod cortex arboris pini
minoris emplastratus remouet tenasmonem factum
a materia acuta fluentis ad intestinum Rectum
Autem etiam ab vlcere prius tamen indato inte
stino Et expertum est etiam corticem minoris pi
ni emplastratum Et pulverizatum etiam: et se
assum cum licinio: et intromissum cum albumine
ovi aut cum oleo mirtino idem facere: Serapio
dixit psilium lenit asperitatem vlceris in intestino Recto
et abscindit tenasmonem Dixit etiam quod sine de
coctione orobi vel cum decoctione etiam aceti pecti
ni & ano applicatus confert. Plus autem confert
si cum decoctione pince vel facientis fructu com
misceatur Experiencia autem scio quod sola suffumi
gacio facta ex pineis aquibus extracti sunt nu
clei mirо modo tenasmonem sedant Ysaac dixit
Ex apposimate seminis lini cum oleo ros clisteri

factum valet ad tenasmone & mordicatoz inte
stinoz . Similit etiā & decoctio seminis lini Tercia
intencio est magis ad restrictionem sanguinis &
si multa sit ab auctoribus dicta : hic tam aliq
magis expta adducam : vinu in quo e decocta ra
dix mali granati bibitum multum confert Con
fert etiam pulvis policarie subtil suppositus
stante tenasmone a frigida causa Item suffumi
gatio facta ex granis mirti . Serapio aut dixit
Gumi arabicum retinet ventrem . qz ius fluit &
conglutinat intestinu : Circa tertiam intenciones
videlicet intromissionem egressi intestini . Capilli
& pili adusti suppositi intestino sunt causa reditus
intestini Exptum aut in cura tenasmonis ai desin
ti Et propter si tenasmon fuerit cum febre
sunt pillule Galieni in secretis suis que sunt Rx
opii Anisi aniboz an ane . j . s seminis iusquiami
albi ʒ iij seminis apii ʒ viij terant & conficiant
cum vino Et fiant inde pillule sicut pise et exarte
Dosis sunt ʒ v cum rob mirti ij si possint assu
mere p viam oris in forma pillulaz admistrare
vespe ad duas pillulas : Ad idem exptum confert
licinium Rx mirre thuris masculi croci opii an
ptem .j. terantur et cribellantur et conficiantur
cum vitellis ovoz Et fiant suppositoria parva
Et ligans cum filo aliqlt intro mittatur p cum q
vespe dormiat dum aut pfundati sunt in s6 no
extrahantur Circa aut magis domestica et fa
miliaris est facere duo vel tria clisteria lavatia

Ex decoctione ordei torrefacti et radicum planta
ginis vt gratia exempli Rx radicum plantaginis
ana .i. ordei cum cortice sue torrefacti ana ij coquitur
perfecte in libris iiij aque et coletur : Et colature
addatur mellis rosati colati in clisteri vno ℥ .i.
Post dictum clistere confert subito clistere factum ex
succo aut ex decoctione plantaginis : aut arnoglos
se in quo succo dissoluti sint trocisci de karabe a
de terra sigillata : Ad idem hoc confert fomentum co
quantur caules in aqua deinde leuiter manibus ex
primatur et parum in oleo rosarum frigantur deinde
infans sedeat super caules : Valent etiam suffumigi
a facta ex colophonia et pineis vel corticibus castanearum
Ultimo confert hoc balneum Rx radicum tredonis
cum quibus preparantur panni ana iiij corticum grana
torum balaustiarum corticum radicum mori tapsi
barbassi ana ana .i. coquantur in aqua stante febre
non stante febre coquantur in vino nigro stypti:
co quantum sufficit ad balneum in quo desuper pa:
ciens sedeat vsque ad vmbilicum Experientia autem
inventum est quod bibere succum lappe fomentis .i. acium
cis siluestris in ... vel in fatellis vel aliter
ani egressum reduxit . Et ego experientia scio quod
in quodam infante filio potestatis plebis sacri . qui
patiebatur egressum ani per duos fere digitos ex sola
lotione facta cum decoctione rosarum et lenticum excortica
tarum cum vino nigro et postea vnctione olei rosarum
Et suffumigatione facta ex thure et corticibus pi
nearum et rosarum sanatum fuisse . et tumor testium
maximus . et apostematum erat intestinum

Conferunt etiā mirōmodo suppositoria facta ex sepo hircino : aut castrati inuncta cum oleo ros in quo funDatur parum opy quia granū vnum aut duo

Cxvii de Verimbus siue Lubricis Infancium

Infestantur maxime infantes a Vermibus siue sint lumbrici siue scucurbitini aut Rotundi : qui omnes generantur ex mā flācita . diuersi tamen : ſm diuersitatem ipsorum & in distinctis locis intestinorum . Non generantur autem ex colera : quia maxime aduersatur putredini tali nec ex melancolia cum contrarietur vite Nec ex sanguine propter maximā dilectionem quam habet virtus erga ipsum : quod comprehendimus ex eo quia vermes cuiuscumque speciei sint : nec sunt citrini coloris neque nigri coloris neque rubei coloris Sed solum ex flegmate putrefacto in intestinis Et causa generationis eorum dicitur esse ex superflua comestione . et ex debilitate digestionis Sicut dicuntur esse fructus omnes . Sicut leguminā maxime fesoli & fabe Ex comestione lacte super repletione : & breuiter regimen in sex rebus non naturalibus : multiplicans corrupcionem humidi in stomacho & viam indigestionis in infantibus aut lactantibus generatur propter corrupcionem lactis nutricis aut matris : aut propter assumcionem cibi : sicut hodiernis temporibus mulieres masticant cibum et fercula masticatorum : et administrat cibum sic masticatum ipsis infantibus : a quo cibo maxime cauendum est : maxime si nutrix fuerit menstruate

Aut ex ceecitate: aut sunt ex ora supra calefacte a
immediate post cibum aut post coitum cum sali
ua ypsarum sit venenum infantibus propter
causas dictas: Sz si voluerint nutrire infantes
cibo masticato sint remote: ab omni quod habet al
terare cibum: aut salivam mulierum: Curandi
igitur sunt infantes curacione verminum secundum
diversitatem auctorum nonnulli inchoant ab
extrinsecus applicatis: Alii aut magis ab hys
que administrantur per viam oris: Sed primum in
sequendo sententiam Rasis magis in hoc curam
verminum ab hys que extrinsecus applicatur
Laudatur secundum sententiam Appiley lupinum
tritum cum absintheo et umbilico imposito si
ue iniuncto Laudatur quoque ciminum secundum
ipsius setentiam permixtum cum felle thauri &
umbilico iniunctum: Laudatur etiam secundum
sententiam Constantini oleum de Crisomilis
& oleum de nucleis persicorum si fiat iniunctio
ori stomachi et umbilico: Laudatur etiam secundum
sententiam Dyascoridis stante febre oleum violatum
facta unctione umbilico & renibus: Laudatur
etiam decoctio Coriandri humidi que inunctio
dicitur fieri cum isto naribus & temporibus ungens etiam
arterias manuum & pedum et est res experta mira
bilis Laudatur etiam secundum sententiam Rasis ac
cipe lupinos absinthium & baccas lauri et cum
felle thauri recentis fiat unctio umbilico Convenit
etiam unctio superius posita & debilitate stomachi in quo
ingreditur oleum absinthii mente cum aceto &
aceto · et est res multum experta Laudatur secundum
sententiam Ysaac Emplastrum de absinthio &

pulpe colloquintide: et felle thauri & umbilico
super ponere: quanto calidius pati poterint
Competuntque Epithimata cordialia preparata videlicet
ex aqua graminis buglosse acetose lambrusce
et absinthei cum speciebus cordialibus preparatis aqua
nullatenus debet desistere Laudaturque oleum Mi-
chaelis Scoti alio vocabulo dicto Sancte Iustine
Educuntur autem vermes per superius & inferius per
superius autem secundum sententiam Avicenne
primus infantes sunt nutriendi rebus dulcibus
duobus diebus Deinde immiscenda sunt venena
ventrium cum lacte aut favo mellis seu zuccaro ex
eo quod vermes iam assueti dulcibus rebus affectant
res dulces simul venenum cum dulcibus sugunt
sicut & simplicibus est accipere succum absinthii
permixtum cum melle: aut pastam aloes cum melle
aut de compositis ierapigram ad aut simplicem ad
ministrando usque ad ℥ i Teriacum iam dictarum
aut accipe quod probatum est et verum oleum olivarum
viridium permixtum cum melle & semine sancto
quod sementina apellatur: Aut oleum solum aut
semen sanctum solum cum melle aut vino aro
matico De rebus autem laudatis ab auctoribus hic
inde dicuntur esse sicut rasura cornu cervi adusti
cum melle mixti vermes expellit: Similiter etiam
cum ovo potu data vermes educit Similiter etiam
cum succo graminis idem efficit Decoctio autem
graminis aut aqua sublimationis eius bibita per
se aut cum vino mixta mirabiliter vermes interficit
et educit. Laudatur secundum sententiam omnium auctorum
cum Reubarbaro administratum cum vino aromatico

Laudatur etiam agaricus: Diascorides dicit & iterum Serapio Zebesten vermes intestinorum expellit: quia adherent ei propter suam dulcedinem Per supinus damus ipsum si volumus per supinus vermes educere: Si vero per inferius facimus ex eis clistere secundum sententiam Rasis calcaneus bovis vel vacce tritus cum vino & melle vermes cucurbitinos et lumbricos in ventre educit Nonnulli aut administrant pulverem indici aut euforbii cum vino in pondere unius denarii quod tamen non laudo exhiberi: tamen potest pulvis seminum caulium cum vino aut fetido: Experientia tamen magistra omnium est: quod pulvis dyptamni cum aqua menmaris administratus vermes interficit & educit Secundum sententiam Avicenne competit Tyriaca magna: aut Metridatum in quantitate unius grani fabe parve: Electuarium bonum ad vermes Rx absinthii ʒ ij Euforbii ʒ ij ß mellis quantum sufficit fiat Electuarium dosis sit sicut avellana mane ieiuno adultis infantibus aut in cunabulis existentibus sicut etatis duorum annorum sic granum fabe parve: Syrupus maxime conveniens infantibus patientibus vermes expertus: Rx aquarum arthemise buglosse graminis ana ʒ iij seminum coriandri preparati gentiane ana ℈ j ß seminis portulace arthemise ana ʒ j seminis santonici ana ʒ j ossis de corde cervi ℈ ß tormentille dyptamni ana ℈ j contundantur omnia subtiliter & cum iij ℥ ʒ zuccari quantum sufficit fiat Julep longum: Sed duo maxime experta dicuntur esse Sicut succus allei & alleum secundum sententiam Avicenne est ultimum in interficiendo vermes ubi igitur

Cartamus & menta camepiteos & centaurea et pulegium et allium proprie Aliud autem maxime expertum est Rx porcorum non subsplantatorum manipulos ij incidatur subtiliter & ponatur super tegula calefacta et aspergantur cum aceto albo Deinde Rx diptamni genciane semis sancti an ʒ j imponatur porri cum dictis speciebus in duobus sacellis & unus ponatur super os stomachi Aliud super xiiij spondili ex apposito stomachi Per infusum autem competunt clisteria facta magis ex brodio pulli cum zuccaro aut cassiafistula non apponendo oleum sed magis loco olei apponendo butirum et parum salis et ex lacte caprarum cum zucaro aut camelorum aut vaccarum Et dicimus competant clisteria aliquando attractiva secundum sententiam auctorum non competunt tamen nisi apparentibus signis magne corruptionis : Et corporibus existentibus adultis : Laudantur & suppositoria facta cum melle cum sale aut ex peinidijs aut ex assungia porcina aut ex lardone : & mirabile est Quod si vermes contineantur in intestino recto seu longaone administrentur suppositoria cum dicta inmediate quod propter untuositatem adipis et pinguedinis adherent suppositorio et simul cum suppositorio per anum egrediuntur : Et breviter omnia amara sunt inter emptiva vermium

C xviij de tumore ventris infantium

Accidit infantibus inflacio ventris et tumor Et cognoscitur a percuciendo apparet quasi sonitus timpani : quod tumor secundum sinam auctorem

Apellatur sive aliquos ventus inflatilis sive
autem alios apellatur ventus infatilis Sed
tantum est dicere quantum tumor ventris ex ven
tositate: que dispositio aut contracta est a principiis
nativitatis: aut est ex defectu obstetricis balneantis
aut ex defectu nutricis: Aut quia non preservatur
ab aere frigido: Si a principiis nativitatis contractus
est, tumor seu dispositio ad tumorem nullatenus
corrigi potest. Si aut est ex defectu nutricis balne
antis competunt nunc dicenda: Si aut est ex defe
ctu nutricis competit Regimen quod inferius di
cetur & dictum est supius in parte de regimine
nutricis Si autem ex frigiditate aeris compe
tunt ea que nunc dicentur: Si igitur infans
est tenere etatis quia scilicet infra sunt vel usque ad duos
menses annos sit [illegible] ex defectu obstetricis
aut ex frigiditate aeris [illegible] infantem non
debite tecti competit unctio facta ex oleo aneti
no: ilijs et etiam sto: Et circa umbilicum com
petit etiam medicamen hoc [illegible] non dicat
apponi nisi stante magna [illegible] Et sententia
Anii tota prim de Regimine infantum et est Rx
[illegible] castorei cimini dij partes equales: triturentur
forti trituratione & misceantur: et in potu tri
buantur infanti pondus in grana ordei cum lacte
vel cum vino aromatico: Aliud secundum simag
Rasis est: Rx mirram aloen & crocum et con
fice cum succo saturegie et ventri appone & re
buit autem expertis modicis temporibus est [illegible]

Emplastrum diasinton descriptione Mesue
& emplastrum de Mellilotto descriptione eiusdem
et emplastrare ventrem. Et hoc vidi mirabile
in quodam puero hebreo trium annorum qui pa-
tiebatur dispositionem suprascriptam & curatus
est. Vidi etiam in quodam puero rustico parv-
tulo duorum annorum qui cum non posset emittere v-
rinas genitor suus precepit sibi ut caperet acrite
stercus vacce iuvence tale sicut a vacca emitte-
batur et inunge corpus et mirabiliter divino
auxilio curatus est

Ca. xix De difficultate Urine infantium

Infestantur ergo maxime infantes cum uri-
nam emittere non possunt torquentur ergo &
clamant. tristantur parentes. excitantur ergo
medici ignorantes causam meroris infantis
Cui dispositioni maxime subveniendum est quia
non nisi aut a frigiditate aut a viscositate la-
ctis aut a lapide causatur Si a frigiditate sola
unctione facta ex oleo anetino aut camomillino
aut liliorum alborum aut Scorpionum quod ex scor-
pione non nisi aliis remediis non conferentibus
applicari debet Competunt etiam embrocationes
facte ex decoctione paritarie aut florum camomil-
le aut melliloti aut aneti sumum infantis aut
balneum ex decoctione rerum iam dictarum De rebus
autem maxime conferentibus est. Recipe maxillas
luciorum salitorum fiat ex eis pulvis subtilissimus

Et cum vino aromatico administretur Ad idem
valet radix philippendule in vino decocta et
parum illius vini administretur : Confert eciam
cucurbita antiqua in qua retentum fuit oleum
et calefiat in aqua calida Dumque in ipsa diu in
[illegible] aqua et cum ipsa sit calefacta per os
virga infantis ponatur provocat enim urinam et
dolorem pectinis tollit : Experiencia autem factum
est accipe lapparum acutum & immitte in ignem
Et si fuerit puella parva vt ardeat an eam : Et si
fuerit mulier adulta velit vel nolit statim min
get Si autem causatur difficultas vrine vicio lapi
dis distinguendum est vtrum sit in renibus lapis
vel in vesica Et modus est accipe morsum galline
que herba est et coquatur et virga et pecten illa
emplastretur Et si dolor acutus fuerit designat
lapidem vesice Sin autem renum De rebus autem
provocantibus est administracio pulveris parue et ma
ioris in infantibus Serapio inquit quod ciminum
carmenum dolorem et lapidem vesice tollit Dyasco
rides asserit quod si obolus unus cardamomi suma
tur cum aqua decoctionis corticum vel radicum
lauri frangit lapidem in vesica Experimenta autem
plurima sunt tam in lapide vesice quam renum sed
paucula adducemus Primum experimentum est tollatur
sanguis unius leporis totus et cum ℥ vii radi
cum saxifragie coquatur in olla rudi Et de cinere
hoc datur coclear unum cum vino calido aqua calida
Emplastrum quod ponitur super pecten et frangit la
pidem in vesica Et positum super renes frangit ipsum

in renibus Rx amigdalas dulces & amaras an terantur & cum Resina pini et terbetina & oleo de scorpionibus factum secundum artem fiat Emplastrum Et si careas oleo scorpionum ponatur oleum amigdalarum amararum aut nardinum Electuarium ad idem Rx liptotripon & iustini Nicolai an ʒ 1 s lapidis iudaici ʒ 1 s incorporentur et cum vino subtili calido detur ex hoc quantum est castanea vna semper in locis suis emplastris manentibus. Ad idem etiam valet oleum scorpionum factum secundum artem Item experimentum Rasis Rx nuces viridas numero sex et pista cum corticibus exterioribus separatim deinde Rx an 1 poracium non lotorum ex utroque extrahe succum et mitte in vase vitreo colatum Et da puero omni mane septem diebus Et qui vadit dormitum vnge virgam et testiculos cum oleo antiquo aut de been: Conferunt etiam secundum sententiam Auicenne et etiam serapionis simplicia multa sigillatim et mixta cum alijs: sicut capilli veneris lapis spongie maris: amigdale cubebe senation lapis vesice: lapis Iudaicus Et composita conferunt plurima vt dyalacca maior & minor Secundum sententiam Mesue dyasulfur oleum de ceresis oleum de granis citri oleum scorpionum Secundum autem sententiam Nicolai confert aurea alexandrina antidotum emagogum Electuarium dulce philantropos litontripon metridatum tiriaca magna opopira magna & huiusmodi

C xx de impotentia continendi Vrinam et mictu in lecto

Tristantur maxime parentes ex mictu in
lecto cum pueri aut infantes ultra etatem
trium annorum noctu emittunt aquositatem
urinalem in lecto: qui aliquando non solum nisi
in spatio unius diei aut duorum dierum sed con
tinue omni nocte: et non solum usque ad spatium
